

1.  
1.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.  
16



1627.

1. Ursath, Johann Caspar : De fide instrumentorum.

1640.

1. Timmermans, Christophorus : De probationibus.

1641.

1. Rehm, Johannes Laurentius : De reconventionibus.
2. Hirn, Georgius Christoph : De constitutionibus principum.

1642.

1. Nicali, Joh. Georgius : De legitima.
2. Ahlenius, Matthias : De remediis possessoris.

1644.

1. Ludwell, Guilielmus : De beneficio cessionis bonorum.
2. Ludwell, Wilhelmus : De hereditatis petitione.

1645.

1. Ludwell, Wilhelmus : De sponsalibus et matrimonio.

1646.

1. Faber, Adamus Georgius : De foro competente.
2. Linck, Johannes Leonhardus : De instantia judiciaria.

1644.

Wurfflein, Johannes Hieronymus: Selectiora quaedam  
juris civilis capita, cum quibusdam principia reformationis  
noticiae loca --- tractata.

1651.

1. Von Cullen, Hieronymus: De redditione rationum.
2. Hebel, Laurentius Fridericus: De prioritatem creditorum
3. Westphalus, Henricus: De mero imperio seu jure  
gladii.

1652.

1. Felwinger, Johannes Paulus: De politica.
2. Herpferus, Georgius: Decades decem nobilium quolibet  
narum controversiarum juris de jurisdictione post  
praecognitorum quorundam praemissionem.
3. Walther, Georg Christophorus: De callatione bonorum.

1653.

1. Felwinger, Johannes Paulus: Quaestionum novem - tolli  
licet  
decades decem.

1653

2. Hassius, Johannes Sigismundus: De tenatus consuetis  
in jure nominatis

3. Ludewig, Wilhelmus: De poenis

4. Ludewig, Wilhelmus: Assertionum seu naturalis et legiti-  
mi jure haereticorum Decades aliquot.

1654.

1. Facius, Joh. Philippus: De mora.

2. Finckler, Wilhelmus: De bancce raptoribus. 2 Exempl.

3. Ludewig, Wilhelmus: De obligationibus in genere, et  
causis, ex quibus jure civili obligatio nascitur.

1655


1. Ludewig, Wilhelmus: De privilegiis

2. Roederus, Valentinus: De jure metallicis

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*







DISPUTATIO INAUGURALIS *De 5*  
De  
LEGITIMA, *M*

*Quam*

PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.

Ex Autoritate & Decreto Nobilissimi, Amplissimi, atq; Consultissimi Jctorum Ordinis in  
Inclyta UNIVERSITATE ALTDORPHINA.

*Pro Summis in UTROQ; JURE Honoribus  
& Privilegiis DOCTORALIBUS ritè & solen-  
niter consequendis.*

Publico examini submittit

JOH. GEORGIUS NICOLAI  
DRESDA-MISNICUS.

*A. diem Januar.*

RECTORE Magnifico

DN. NICOLAO RITTERSHUSIO Jcto. &c.

DECAÑO Spectatissimo

DN. ÆGIDIO AGRICOLA, Jcto. &c.

ALTDORPHI,

Typis BALTHASARIS SCHERFFI,  
Universitatis Typographi.

ANNO CHRISTI

---

M. DC. XLII.

1642

131

VIRIS

*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis  
Consultissimis,*

DN. GABRIELI TUNCELIO JCto  
Celeberrimo, & Comiti Palatino Cæsareo.

DN. JOH-GEORGIO Dppeln/JCto  
Hæreditario in Lomnis r̄.

*Sereniss. Electoris Saxonie Consilia-  
riis intimis.*

DN. CONRADO CARPZOVIO JCto  
Comit. Palat. Cæsar. & Reverendiss. & Illustriss.  
ArchiEpiscopi Magdeburgensis Cancel-  
lario dignissimo.

DN. JOHANNI Leubern/JCto & Sere-  
nissimi Elect. Saxon. Consil. Aulico.

*Dominis, Patronis ac Promotoribus suis sum-  
mo honoris & observantia cultu atatem  
prosequendis*

Disputationem hanc INAUGURALEM  
In devoti animi indicium ulterioremq;  
sui recommendationem,

*Offert & consecrat*

JOH-GEORGIUS NICOLAI A.



## PROŒMIUM.



*Um cottidiana monente* *Jcto in l 25.*  
*ff. de liber leg. magis attingenda, eaq; potissi-*  
*imum addiscenda sint, qua frequentia & neces-*  
*saria esse solent, l. i. ff. de suspect. tut. ac una-*  
*nimi ferè ore omnes Juris nostri Interpretes fateantur, materiam*  
*Legitima utilissimam frequentissimamq; esse, adeò ut teste Dn.*  
*Rittersh. in elegant. exposit. Novel. p. 6 c. 4. n. 1. nulla*  
*magis celebrior in jure, nihil in consiliis responsis & decisionibus*  
*Dd. occurrat crebrius, nihil deniq; in ore vulgi frequentius sit,*  
*quam Legitima. Hanc igitur materiam pro instituti ratione*  
*aliquot thesibus complexurus, actum agere videor si proœmij*  
*loco eam ab utilitate ac frequentia, qua summa seipsam satis o-*  
*stendit, ut de materia Restitutionis in integrum testatur Ulpian.*  
*in l. i. ff. de restit. in integr. commendare vellem. Absq; ul-*  
*la potius proluxa præfatione materiam ipsam tractandam adsu-*  
*mam, quod ut benè & competenter fiat secundum Nov. 6. in*  
*fin. pr. DEUM TER OPT. MAX. qui res etiam penitus despe-*  
*ratas donare & consummare virtutis sua magnitudine potest,*  
*l. i. §. 2. C. de V. I. E. Supplex veneror, ut gratia sua spiritu*  
*mihiclementer adesse, propositumq; meum ad exoptatum finem*  
*exitumq; perducere velit. Sit igitur.*

## T H E S I S I.

**S**ciendum autem ante omnia Legitimam nostram  
varias in jure appellationes habere.

Vocatur enim nunc debita portio in *l. 8. §. 8. & in fin. ff. de in-*  
*off. testam. l. pen. pr. C. eod. tit. debitum bonorum subsidium, l. 5. C.*

A 2

de inoff.

de inoff. donat. debitum naturale, l. 36. §. ult. C. de inoff. testam. & simpliciter debitum Nov. 18. pr. undè Dd. vulgò eam æri alieno comparant & filios respectu illius creditores patris sui appellant. Rittersh. ad Nov. d. p. 6. c. 4. n. 6. Donell. 19. com. c. 4. ibiq. Hillig. lit. T. vocatur quoq; quarta naturæ §. ult. l. de inoff. testam. Nov. 1. præfat. §. 2. & c. 1. §. 2. Receptius autem dicitur Legitima propterea quòd non solum legibus & constitutionibus Imp. debeat Nov. 92. c. 1. Nov. 1. præfat. §. 2. d. l. 36. §. 1. C. de inoff. testam. Sed & solà lege ejusq; provisione sine judicio testatoris constituta sit, cum Falcidia nec non Trebellianica ab eo ex parte proficiscantur Donell. d. c. 4. ibiq. Hillig. lit. X.

## II.

Et descendit Legitima ex jure naturæ (a) gentium (b) & civili (c) sed diversa ratione considerandi. (d)

(a) Quod de ordine descendendum propiè exaudiendum per l. 15. ff. de inoff. testam. l. 7. §. 1. ff. unde lib. l. 7. ff. de bon. damnat. ubi ipsi Juri descendendum successionem ad jus naturæ referunt, Nov. 1. præfat. §. 2. ibi tanquam secundum naturam debeat, Hillig. d. c. 4. lit. V. Et licet Chifletus de port. Legit. c. 3. sub. fin. malè sic vocari contendat, cum non quarta sola, sed tota hereditas jure naturæ debeat: contrarium tamen verius est per ea quæ tradit Hillig. in D. E. d. c. 4. lit. u. add. Bach, ad Tr. v. 1. d. 13. th. 12. lit. c.

(b) Ascendentium & collateralium ordini hoc jure attributam esse successionem & ita legitimam verisimile est ex juris nostri text. Treutl. quidem. d. 13. th. 12. lit. c. & ascendentium legitimam juri naturæ attribuit, sed minus rectè, ut animadvertit Bach. ad d. lit. c. propter l. 15. ff. de inoff. testam. l. 13. C. de legit. hered. aliosq; text. præced. lit. alleg. in quibus partim miserationis ratio eos ad hereditatem admittit, partim planè nullum succedendi jus habent.

(c) Per l. 36. §. 1. C. de inoff. test. l. 6. pr. circ. med. C. de secund. nupt. Nov. 18. c. 1. in fin. vid. elegant. Hillig. d. lit. V.

(d) Si enim rem ipsam & substantiam consideramus, portio hæc nostra rectè juri naturæ vel gentium dici potest, si vero quotam, quantitatem, modum, taxationem vel definitionem, juri civil. Hillig. d. lit. V.

3. Est

### III.

Est autem Legitima hereditatis, quæ ab intestato debetur, (a) congrua portio, (b) certis personis, (c) testamento, (d) necessariò, (e) relinquenda.

(a) Universæ sc. l. 7. ff. de bon. damnat. nam cum ab intestato succeditur, regulariter in omnem hereditatem succeditur.

(b) Quæ olim indistinctè erat quadrans, l. 8. § 8. ff. de inoff. test. hodiè verò triens est vel semitris pro numero liberorum, Nov. 18. c. 1. vid. th. 7.

(c) Parentibus quidem & Liberis indifferenter, collateralibus vero certo tantùm casu, vide th. 6.

(d) Ab intestato namq; nulla Legitima datur; tum enim verius hereditas seu Legitima successio & succedens hoc casu heres Legitimus appellatur, t. t. C. de Legit. hered. intestamento igitur ut nomen Legitimæ mereatur, relinquenda est.

(e) Ut querela inofficiosi & testamenti nullitas evitetur.

### IV.

Debetur iis personis, quæ ab intestato succedere, (a) & querelam inofficiosi movere possunt, (b) puta liberis justis, (c) nec non Legitimatis, (d) & adoptivis, (e)

(a) Qui enim non succedit ab intestato, nec jus petendæ Legitimæ habet, unde incapax successionis, incapax quoq; est legitimæ Heig. p. 1. q. 25. n. 11. Hillig. in D. E. l. 18. c. 4. lit. B. & lit. Bb.

(b) l. 30. C. de inoff. testam. Rittersh. ad Nov. d. p. 6. c. 4. n. 1. & 14. etsi enim Legitima ex successione ab intestato reguletur. Forster. de success. ab intest. l. 1. c. 34. n. 9. & 12. tamen hoc omne ex concessione querelæ æstimandum est, ut ij saltem, quibus querela inofficiosi datur, & legitimæ petitionem habeant. Hinc rectè monet Hillig. d. c. 4. lit. A. non esse bonam consequentiam aff. succedit ab intestato. E. quoq; querelæ & consequenter legitimæ capax est cum facultas succedendi ab intestato plenior, & multi ad eam admittantur, qui non ad querelam.

(c) Auth. noviss. C. de inoff. testam. quos aliàs naturales & legitimos simul vocamus, horum enim ex ordine naturæ & propter

A 3

commune

commune parentum votum prima in successione causa est, & donec ij supersunt, alii propinqui omnes & ascendentes & collaterales excluduntur, *N. 118. c. 1. Rittersh. ad Nov. p. 7. c. 4. n. 3.* sive liberi illi sint masculi sive foeminae *d. c. 1. Nov. 118.* sive primi sive ulterioris gradus, ut nepotes parentibus nimirum non existentibus *auth. in successione C. de suis & legit. & arg. §. sui a. l. de heredit. ab intest. Rittersh. ad Nov. p. 6. c. 4. n. 37. Berlich. d. p. 3. concl. 11. n. 8.* sive in potestate sint, sive emancipati, *d. auth. Nov. 118. c. 1. & 4.* his adde etiam posthumum *arg. l. 7. de stat. hom.*

(d) *Sichard. ad d. auth. noviss. C. de inoff. test. n. 11. Rittersh. d. p. 6. c. 4. n. 15.* & de legitimatis quidem per subsequens matrimonium hoc ipsum extra dubitationis aleam positum est, cum illi pro veris, justis & legitimis liberis per omnia habeantur, nec ulla in re ab aliis liberis differant, *l. 5. l. 10. C. de natur. lib. Nov. 89. c. 8. Rittersh. ad Nov. p. 7. c. 6. n. 23. Tr. v. 1. d. 2. th. 6. lit. F. Geil. 2. 00. 141. n. 1. & 2.* Unde etiam omnia beneficia juris habent, quae veris legitimis & naturalibus competunt, *Geil. d. n. 2.* & in feudis quoq; ( licet hoc veritati theoricæ minus consentaneum sit, ut probat *Ampliss. & Consultiss. Dn. Ludw. Præceptor meus æternum honorandus in Syn. Feud. c. 10. add. Vult. 1. F. 9. n. 94.* ) succedunt. Sed nec de legitimatis per rescriptum Principis dubitandum: etsi enim modus ille in multis debilior sit priori, ut patet ex *Nov. 74. c. 9. e. g.* quod h. m. legitimatus in feudis, etiamsi Princeps specialiter jusserit, non succedat. *Ampliss. Dn. Ludw. d. c. 10. Dn. Carpz. ad Constit. Elector. Saxon. p. 3. c. 28. d. 16.* quod statuto excludente foeminas extantibus masculis non contineatur. *Geil. 2. O. 140. Rittersh. d. p. 7. c. 6. n. 9.* at tamen & per hunc modum personam generaliter & absolute habitari & natalibus ingenuitatiq; plenè restitui ad omnes gradus, successiones & honores apud Dd. in confesso est. *Dn. Carpz. d. tr. p. 2. c. 6. d. 16.* Proinde idem quoq; quod de prioribus statuendum, ejusmodi sc. legitimatis, nullâ aliâ legitimâ sobole existente, legitimam deberi, *auth. sine C. de natur. liber. Nov. 79. c. 1. & 2. Nov. 89. c. 9.* quod etiam de casu existentium liberorum, quando sc. rescripto Principis ad supplicationem Patris emananti annexa fuit clausula: non obstante quod legitimi liberi extent, tentari potest, cum eo casu etiam una cum liberis legitimè natis eos succedere Dd. putent vid.

vid. Geil. 2. O. 142. n. 7. 8. De legitimatis per oblationem Curie hodie frustra quærimus, an ipsis quoque legitima debeatur, cum modus iste, mutatâ Republ. Romanâ (sed quoad formam administrandi, ac rationem accidentalem tantum; non vero quoad statum ipsum, quem adhuc monarchicum existere, nec mutatum esse puto cum Reink. in elegant. tract. de Reg. sec. & Ecclesiast. l. 1. cl. 2. c. 2.) ab aula sive Curia, ut Dd. loquuntur, recesserit, teste Treutl. d. d. 2. th. 6. lit. E.

(e) Distinguendum tamen hic est ex §. 2. l. de adopt. & l. pen. C. cod. Aut enim ab extraneo quis adoptatus est, & legitima ipsi non debetur, licet enim patri adoptivo ab intestato succedat, d. §. 2. l. d. t. non tamen cogitur pater adoptans in testamento aliquid ei relinquere, l. pen. §. 1. C. d. t. aut ab aliquo ascendentium p. ab avo paterno vel materno & eo casu cum in potestatem ejus transeat, legitima ipsi omnino debetur, d. §. 2. l. de adopt. l. pen. pr. C. cod. iv. Schneid. ad §. non autem 1. l. de inoff. test. n. 5. De arrogatis idem quod de adoptatis ab aliquo ascendentium dicendum videtur, arg. l. 15. l. 40. ff. de adopt. l. pen. §. ult. C. cod. t. Bach. ad Treutl. v. 1. d. 13. th. 2. lit. B Berlich. d. concl. 11. n. 9.

#### V.

Hinc patet à petitione Legitimæ excludi naturales tantum, (a) spurios, (b) & ex nefario & incestuoso concubitu procreatos. (c)

(a) Quia hoc nulla lege cavetur, nec pater necesse habet eis aliquid relinquere: quamvis enim ex voluntate nonnunquam succedant, tamen contra voluntate m patris non admittuntur, l. 8. & auth. seq. C. de natural. lib. Gomez. ad L. Tauri 9. & seqq. n. 11. Treutl. d. d. 13. th. 14. lit. A. sibi ipsi contrarius d. d. th. 2. lit. C. Bach. ad Tr. d. th. 2. lit. C. Förster. de success. ab intest. l. 6. c. 11. n. 6. & seqq. Unde pater eorum testamento facto illos prorsus licite præterire & legitima portione ab intestato privare potest. Berlich. d. concl. 11. n. 6. Confer Vasq. de success. creat l. 1. §. 20. n. 193. 194.

(b) Quibus pater nullus esse dicitur, §. 12. l. de nupt. l. 23. ff. de stat. hom. l. 4. ff. unde cognat. Treutl. v. 2. d. 16. th. 3. lit. E. Hæc tamen & præcedentia saltem quoad patrem obtinent. Quoad matrem autem & bona materna aliud dicendum, nimirum tam naturalibus,

bus, quàm spuriiis & vulgò quæ sitis (cùm illius successionis habeant, §. novissimè 3. l. de Sc. orfician. l. pen. C. eod. Treutl. d. th. 2. lit. C. Dn. Carpz. d. tr. p. 3. c. 14. d. 12. n. 1. & p. 4. c. 28. d. 6. et si præteriti fuerint querelam inofficiosi intentare possint, l. 29. §. 1. ff. de inoff. test.) legitimam omninò deberi, Berlich. d. concl. 11 n. 7. Gomez. ad L. Tauri 9. & seqq. n. 12. Forster. d. l. 6. c. 11. n. 6. nisi mater illustris sit, & alii legitimi extant; eo enim casu spurii (iiq; tantùm, non vero naturales, ut monet Bach. ad Treutl. d. d. 13. th. 2. lit. C.) successionis incapaces sunt, l. pen. C. ad sc. orfic. & proindè nec legitimam petere poterunt. Hillig. in D. E. d. c. 4. lit. D.

(c) Expeditum hoc est, cùm ejusmodi liberi ab omni penitus successione tam paterna, quàm materna arceantur, adeò ut ne quidem alimenta ipsis tam jure civ. auth. ex complexu C. de incest. nupt. Nov. 74. & Nov. 89. c. 15. quàm canonico (licet Dd. comm. contrarium statuunt) debeantur, arg. c. per venerab. x. qui fil. sint legit. Treut. v. 2. d. 16. th. 3. lit. G. ibiq; Bach. Lopez. 1. animadvers. c. 32. add. Ampliss. Dn. Ludw. in not. Wesenb. tit. de agnos. & alend. lib. n. 4.

## VI.

Deinde etiam debetur Parentibus, iisq; tam naturalibus & legitimis simul, (a) quàm legitimis tantùm si ve adoptivis, (b) & denique collateralibus quibusdam. (c)

(a) Et quidem utriusq; sexus, l. 1. l. 14. l. 15. l. 30. ff. de inoff. test. patri vero naturali & incerto ex hereditate naturalis & vulgò quæ sitis, cùm nec illis ejusmodi liberi succedant, ut præcedenti thesi dictum, legitima non debetur, arg. Nov. 89. c. 13. quod tamen quoad matrem utroq; casu secus est, §. ult. l. de SC. Tertyll. §. 4. l. de success. cognat. arg. l. 29. §. 1. de inoff. testam. quæ etiam si illustris sit, jus successionis & ita jus petendæ legitimæ habet, vid. Schneid. in secundo ordin. succed. n. 48. l. de hered. ab intest. de incestuosis parentibus idem quod de incestuosis liberis dicendum, arg. d. Nov. 89. c. 13. ex natura relatorum, conf. Rittersh. ad Nov. p. 7. c. 11. n. 1.

(b) In quibus superior personarum distinctio attendenda, ut sc. ascendentes saltem p. a vus maternus vel paternus beneficio hoc gaudere.

gaudere possint, non autem extranei. Quoad patrem autem arrogatorem idem quod de filio arrogato statuendum existimo.

(c) Fratribus sc. & sororibus ab utroq; latere conjunctis, vel consanguineis (solis, non uterinis, l. 27. C. de inoff. testam. aut ulterioribus ultra fratrem cognatis, qui tutò præteriri possunt, l. 7. ff. de inoff. testam. l. 21. C. eod. tit.) si turpes personæ tam juris, quam facti infamiâ laborantes, d. l. 27. C. d. t. e.g. spurius, usurarius manifestus, hæreticus, meretrix &c. à fratre vel sorore institutæ fuerint. Treutl. d. d. 13. th. 4. Sutholdt diff. 9. th. 29. Berlich. d. concl. 11. n. 37. Extra illum autem casum jus querelæ & consequenter legitima ipsis non debetur, §. non autem vers. soror. l. de inoff. testam. Rittersh. ad Nov. d. p. 6. c. 4. n. 14. quemadmodum etiam tum cum effectu querela institui nequit, si frater eadem turpitudine, qua heres institutus, laboret l. 11. C. d. t. l. 47. ff. solut. matrim. Valq. de Success. creat. l. 1. §. 10. n. 603. Don. 6. com. 15. Quod de fratribus dictum illis aliquando legitimam relinquendam esse, id Berlich. d. concl. 11. n. 13. & Sichard. ad l. 1. C. qui testam. fac. poss. n. 3. ad fratres etiam juratos, geschworne Brüder / extendunt; quod tamen ipsis vix concedi potest, cum ejusmodi adoptionis in jure nostra planè nullus sit effectus, l. 7. C. de hered. instit. Whener. in obs. Pract. vers. 6. geschworne Brüder. Hucusq; de personis quibus legitima debetur, jam videndum quoq; de quantitate.

## VII.

Hæc nostra portio olim (a) indistinctè fuit quadrans: (b) hodie autem triens est, vel semissis pro numero liberorum, (c) quod augmentum etiam in linea ascendentium accipimus, (d) at non in transversalium sive fratrum. (c)

(a) Quo tempore & quâ lege quantitas & determinatio hæc facta, atq; ita Legitima inventa sit, in incerto est; nobis sententia Suth. d. d. diff. 9. th. 27 28. putantis, eam non ex L. Falcidia, ut quidam ex Dd. perperam existimant, sed ex interpretatione Consultorum unâ cum inofficiosi querela invaluisse, arridet.

(b) l. 8. §. 6. ff. de inoff. testam §. fin. l. eod. tit. quotcunq; liberi  
B essent,

essent, & hinc etiam nomen factum legitimæ, ut diceretur quarta seu quadrans, l. 6. & l. 8. C. d. t. Rittersh. d. p. 6. c. 4. n. 7.

(c) Favore enim liberorum aucta est legitimæ quantitas, ut innuit Imp. in Nov. 18. in præfat. ut nunc triens esset, nunc semis, triens quidem i. e. 4. uncia, si liberi pauciores quam 4. vel etiam 4. semis vero seu 6. unc. si plures liberi essent, quàm quatuor Nov. 18. c. 1. auth. noviss. C. de inoff. testam. quod glossa his versibus exprimit,

Quatuor aut infra dant natis jura trientem  
Semissem verò dant natis quinq; vel ultra.  
Arbitrium sequitur substantia cœtera Patris

Berlich. d. p. 3. concl. 12. n. 1. Rittersh. d. c. 4. n. 7. Schneid. ad §. sed hæc 3. l. de inoff. testam. n. 8. Donell. 19. com. c. 4. ibiq; Hillig. lit. Z. ubi ex d. Nov. 18. c. 3. notat in decurionum filiis & filiabus, quæ his nupserrunt, diversum constitutum fuisse, ita ut eorum legitimæ dodrantem confecerit, & quadrans saltem relictus fuerit paternæ dispositioni add. Rittersh. d. c. 4. n. 38. Et hæc quidem quoad liberos primi gradus. Nepotes vero ubi in stirpes succederent jure repræsentationis, ut si conjuncti patruo, item si ex duobus filiis præmortuis ex uno plures ex altero pauciores adsint, hic in quantitate Legitimæ numerus parentum suorum; filiorum defuncti spectatur ut e. g. et si 4. sint ex uno, tres ex alio, triens debeatur non semis. Sed quando ex uno solummodo filio præmortuo 5. vel plures nepotes, aliiq; liberi vel nepotes non concurrunt, quia h. c. repræsentationis jus cessat & illi omnes proprio jure in capita succedunt, sequitur numerum nepotum attendendum illisq; semissem s. dimidiam partem loco legitimæ attribuendam esse juxta Nov. 18. c. 7. Dn. Carp. d. tr. p. 3. c. 12. d. 11.

(d) Per Nov. 18. c. 1. in fin. & quia liberorum & parentum legitima pari passu ambulant, l. 18. pr. ff. de inoff. testam. Hillig. in D. E. d. 6. 4. lit. aa. Treutl. d. d. 13. th. 13. lit. c. quod tamen Dd. rectè de auctione quoad trientem tantùm accipiunt. Tr. d. lit. c. Rittersh. d. c. 4. n. 19.

(e) Tum quia hoc neq; lege neq; ratione cautum est, tum per d. Nov. 18. c. 1. in fin. Tr. d. th. 13. lit. d. ibiq; Bach. Rittersh. d. c. 4. n. a. Arum. exerc. 10. th. 21.

8. Im-

VIII.

Imputantur in Legitimam ea tantum, quæ ex bonis testatoris proficiscuntur, (a) non quæ aliunde ob-  
venerunt. (b)

(a) Per Nov. 18. c. 1. verb. propria substantia l. omnimodo 30. §. im-  
putari l. quoniam 32. C. de inoff. testam. ut sunt legata, fideicommissa,  
mortis causâ donationes, §. ult. l. de inoff. test. donata inter vivos no-  
minatim hac lege, ut imputentur, l. 25. ff. de inoff. testam. aliâs enim  
donationem ejusmodi simplicem neq; conferri neq; imputari con-  
stat, ex l. 18. C. fam. ercisc. l. 20. in fin. C. de collat. Wesenb. par. de col-  
lat. n. 2. ibiq; Dn. Ludw. Sic quoq; imputantur ea, quæ occasione  
militiæ patris pecunia emptæ acquiruntur per text. l. 30. §. 2. C. de  
inoff. test. nec non donatio propter nuptias in filium collata, l. 29. C.  
d. t. & dos. text. expr. in d. l. 29. C. d. t. sive pater sive mater, vel avus  
(qui neptem contemplatione filii dotare præsumitur, l. 6. ff. de col-  
lat.) dotem dederit, quod quidam ex Dd. etiam ad dotem à patruo  
& amita constitutam extendunt, à quibus tamen cum Dn. Carpz.  
d. tr. c. 11. d. ult. per l. 29. & l. 30. §. ult. C. de inoff. testam. merito rece-  
do. Nihil autem hîc interest filia adsit, an nepotes ex filia mortua,  
cum & in dotem maternam in legitimam imputare debeant, l. 19.  
C. de collat. quod latè probat, & idem etiam in foro Saxon. obtine-  
re asserit Dn. Carpz. d. c. 11. d. 31. add. Hillig. in D. E. d. c. 4. lit. uu.  
Quod de dote dictum an id quoq; quoad vestes pretiosas & orna-  
menta filiæ nuptiarum tempore data, ut & sumptus infestivitatem  
nuptialem factos procedat, Dd. controvertunt. Et quoad vestes &  
alia ornamenta pretiosa i. e. jocalia, ut Dd. loquuntur, cum sint  
accessoria dotis, ad stipulor Geil. 2. O. 91. n. 5. putanti, ea omninò  
à filia imputari debere, arg. l. 26. §. 2. ff. de pact. dotal. l. 8. C. de jur. dot.  
quoad impensas vero nuptiales negativam sequor cum Hillig. d. lit.  
uu. conf. Ampl. Dn. Ludw. ad West. tit. de collat. dot. n. 3. Dn. Carpz.  
ad d. c. 11. d. 21. 22. 23. Hic & ea exurgit quæstio, an in legitimam  
imputari debeat, quod pater pro delicto filii exsolvit? Et quidem,  
si ex necessitate quadam coactus pater solverit p. vigore statuti, vel  
quod pro filio fidejusserit, omninò pecunia illa imputabitur, arg. l.  
rem legatam. 18. ff. de adim. legat. Secus vero si sponte & ex liberali-  
tate hoc fecerit, per ea quæ tradit Dn. Carpz. ad d. c. 11. d. 25. add.

Hillig. d. c. 4. lit. b b. Quæ hætenus de imputatione dicta sunt, ea eateus procedunt, nisi specialiter quid exceptum reperatur: sic donatio simplex, ut modò dictum, regulariter non imputatur, pari modo impensæ studiorum, ut & in peregrinationem filii & ad gradum Doctoratus consequendum tam à patre, quàm à matre factæ, tam collationi, quàm imputationi non subjacent, l. 50. ff. fam. ercisc. l. 1. §. 16. ff. de collat. Dn. Ludw. ad Wes. tit. fam. ercisc. n. 5. Dn. Carpz. ad d. c. 11. d. 17. 18. Treutl. v. 1. d. 19. th. 13. & v. 2. d. 17. th. 5. lit. H. Idem & de libris filii nomine emtis, armis & equis filio militi datis, cum sint peculii castrensis vel quasi, tradunt Dd. arg. l. 4. l. 18. C. fam. ercisc. l. 14. C. d. Advocat. divers. judic. Treutl. d. d. 19. th. 13. & d. d. 17. th. 6. lit. b. Dixi regulariter sumptus studiorum non imputari; interdum enim & hæ quoq; impensæ imputantur ut 1. si filius istas perditè prodegerit, inq; pravos usus insumserit, arg. l. 2. §. 23. & l. 2. §. 2. ff. de collat. Hillig. d. c. 4. lit. x x. Dn. Carpz. d. d. 18. n. 7. 8. 2. Si filius proprium habuerit patrimonium, l. ult. ff. de perit. heredit. l. Nefennius 34. ff. de negot. gest. Treutl. d. d. 17. th. 5. lit. H. Dn. Carpz. d. c. 11. d. 19. 3. Si pater sumptus istos specialiter consignaverit, arg. l. 50. ff. tam. ercisc. l. 11. & 15. C. de negot. gest. Dn. Carpz. d. c. 11. d. 20.

(b) Cujus generis sunt ea, quæ occasione militiæ togatæ e. g. Advocaturæ & aliorum officiorum, vel armatæ quæsitæ, l. 1. §. 15. ff. de collat. ut castrensia vel quasi, quæ uti à collatione, ita multò magis ab hac imputatione immunia sunt per regul. l. pen. C. eod. tit. Hic autem quæri potest, quid de feudis statuendum, an etiam ea imputari debeant? Et de feudo quidem antiquo uno ore concludunt Interpr. illud filiis in legitimam imputari non debere, quippe cum potiùs ex pacto antecessorum quæsitum, quàm à patre profectum esse censeatur. Hartm. Pistor. l. 2. p. 2. quest. 38. n. 1. Sed de feudo novo dubitari solet? communiter tamen Dd. tradunt illud filiis quoq; in legitimam imputandum esse, arg. l. omnimodo §. 1. C. de inoff. test. quod rationibus eleganter firmat Hartm. Pistor. d. q. 38. n. 5. add. Dn. Carpz. d. d. 9. Sicut & de hereditario feudo Interpp. idem dicendum putant. Hartm. Pistor. l. 1. q. 1. n. 64. & d. q. 38. n. 3. add. Ampliff. Dn. Ludw. in Syn. Feud. c. 4.

9. Dedu-

Deducenda est ex omni substantia, (a) testatoris, (b) nisi statuto, (c) aut consuetudine, (d) specialiter quid exceptum sit.

(a) *l. 36. in fin. pr. C. de inoff. testam. auth. noviss. C. d. t. Nov. 18 c. 1. ibi. totius substantia.*

(b) Unde patet, quod ex bonis fideicommissis perpetuo vel restitutioni subjectis legitima non deducatur per text. *l. 11. §. 5. ff. ad L. Falcid.* quod multis rationibus probat Berlich. *d. p. 3. concl. 11. n. 19. 20.* Hic tamen notandum, antequam ad deductionem deveniatur, ante omnia prius detrahendum secundum *L. Papinianus 8. §. quarta 9. ff. de inoff. testam.* detrahendum esse 1. æs alienum, quod testator cuicumque debuit etiam heredi, *l. 8. ff. ad L. Falcid.* Item quæ ex causa fideicommissi testator restituere gravatus, *d. l. 8. ff. d. t. 2.* Impensas funeris, modicas scilicet id quod pro facultatibus & dignitate defuncti ex æquo & bono æstimandum est, *l. 12. §. 5. l. 14. §. 6. ff. de relig. & sumptib. funer. ubi Wesenb. par. n. 6. 3.* Olim pretia servorum manumissorum, *d. l. 8. §. 9. ff. d. t.* Occasione horum quaeritur an legitima sit portio bonorum an vero hereditatis? Prius ex modo dictis verius puto, fac. *l. 39. §. 1. de V. S. l. 6. C. de inoff. testam.* Hillig. *in D. E. d. c. 4. lit. ee. Geil. 2. O. 120. n. 3. Sichard. ad auth. noviss. C. d. t. n. 3.*

(c) Quod si perfectum sit, in iis locis, ubi viget, juris communis auctoritatem habet Wesenb. *par. de LL. n. 3.* itaque si tale statutum specialiter h. c. aliquid exceperit, ei omnino standum est.

(d) Consuetudinis enim non minor effectus est quam legis Wesenb. *par. d. t. n. 9.* Sic generali feudorum consuetudine ex feudis regalibus, ut sunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus &c. (utpote indivisibilibus *c. Imperialem §. prater ea 2. F. 55. vid. omnino Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. l. 1. cl. 4. c. 16. n. 5. & mult. seqq.*) legitima liberis non debetur, sed in iis solus primogenitus, exclusis aliis filiis, succedit Berlich. *d. p. 3. concl. 11. n. 23.* Rosenth. *in Syn. Feud. c. 7. concl. 13 n. 2.* qui tamen reliquis liberis natus minoribus de alimentis ad statum suum tuendum vel per annuas pensiones, vel assignationem certæ portionis, in regno aut Principatu prospicere tenetur. Rumel. *ad A. B. p. 3. diff. 5. th. 13. Fach. 4. contr. 23.*

X.

An ex quatenus ex feudis minoribus debeat controversum est. Nos filiis ex omni feudo, (a) filiabus vero, excepto feudo merè & absolutè hereditario, (b) ex nullo (c) legitimam assignari & solvi posse putamus.

(a) Indistinctè, sive feudum novum sit, sive antiquum, sive hereditarium - sive ex pacto & providentia, cum in iis ab intestato succedant Hartm. Pistor. d. p. 2. l. 2. q. 38. n. 10. Rosenth. d. concl. 13. n. 7. & 8. Berlich. p. 3. concl. 11. n. 31.

(b) Cum ejusmodi feudum quoad successionem pro re allodiali habeatur Dn. Carpz. ad Const. Elect. p. 3. c. 47. d. 1. n. 9. & seqq. dicatur pars hereditatis, & hereditate (ex qua omninò legitima debetur) contineatur, & in eo etiam foeminae ab intestato succedant, ut tradit Ampl. Dn. Ludw. in Syn. Feud. d. c. 9. add. pro hac sententia Schulken in Syn. Feud. c. 8. n. 85 Hartm. Pistor. d. q. 38. n. 44. & seqq. Berlich. d. concl. 11. n. 33. Fach. 4. contr. 23.

(c) Quoad feudum quidem ex pacto & providentia Feudistae commun. concludunt filiabus ex eo, utpote in quibus ab intestato non succedunt, c. quia §. 3. 1. F. 1. c. sequitur §. 2. 1. F. 8. Legitimam non deberi, Berlich. d. conclus. 11. n. 33. Rosenth. d. conclus. 13. n. 9. 10. Schulken d. c. 8. n. 83. 84. de feudo autem emptitio s. noviter à patre pecunià suà comparato ingens est Dd. conflictus: Sed & hic negativam amplector per text. in c. unic. §. 2. de invest. de re al. fact. 2. F. 8. & per rationes quas adducunt Heig. p. 1. q. 25. n. 31. 32. 33. & seqq. Berlich. d. concl. 11. n. 45. & seqq. Rosenth. d. concl. 13. n. 30. Idem quoq; de feudo foemineo statuendum per trad. Berlich. d. concl. 11. n. 42. Rosenth. d. concl. 13. n. 31. Si tamen nulla bona hereditaria supersint alimenta & dotem ipsis filiabus ejusmodi casibus, quibus non succedunt, non solùm à fratre sed & à quovis agnato, ad quem feudum devolvitur, quin etiam à domino ipso feudo sibi aperto constitui solere, idq; aequitatis ratione introductum & longissimo usu approbatum esse testatur Ampliss. Dn. Ludw. in Syn. Feud. d. c. 9. & Schulken d. c. 8. n. 78.

XI.

Jam de titulo, quo relinqui debeat portio nostra.  
Ubi

Ubi sciendum, quòd licet olim quovis titulo relinqui potuerit: (a) hodie tamen solo tit. institutionis, (b) tam liberis, quàm parentibus, (c) tam civ. quàm canon. jure, (d) & quidem verbis directis, (e) relinqui debeat.

(a) Jure enim ff. & C. l. 25. ff. de inoff. test. l. 29. l. 30. in fin. pr. l. 35. §. 2. auth. noviss. C. d. t. Nov. 18. c. 1. quilibet titulus legatisc. fideicomm. donat. inter viv. & mortis causâ sufficiebat, ut constat ex alleg. text. Sichard. ad d. auth. noviss. n. 7.

(b) Ex Nov. 115. c. 3. & 5. per quam emendati fuerunt dd. text. ita ut hodie solus institutionis titulus necessarius sit. Ratio secundum Dd. comm. est tum quia titulus hic est honorabilior, l. 3. §. 2. ff. de legat. prestand. Donell. 6. com. 19. ibiq. Hillig. lit. a. tum quia propter jus accrescendi utilior & fortior, l. unic. C. quando non petent. part. accresc. Sichard. ad d. auth. n. 8. 9. Hillig. in D. E. d. c. 4. lit. r r. ibiq. magn. num. alleg. Ampliss. Dn. Ludw. in not. Wes. tit. de inoff. test. n. 5. Dn. Carpz. d. tr. p. 3. c. 9. d. 2. n. 2. 4.

(c) De liberis hoc expeditum est, de parentibus vero dissentiat quidam ex Interpp. sed absq; sufficienti ratione: refelluntur enim satis per d. Nov. 115. c. 4. & c. 5. ubi manifestè disponitur, quod parentes in sua legitima expressè heredes institui debeant. Berlich. d. p. 3. concl. 15. n. 67. & 68. Dn. Carpz. ad d. c. 9. d. 2. Sichard. ad d. auth. noviss. n. 12. & seqq. De fratrum legitima quæritur an ea quoq; hodie institutionis titulo relinquenda sit? quod negamus, quia de hac nihil in Nov. 115. c. 3. & seq. mutatum reperitur. Don. 6. com. 15. Berlich. d. concl. 15. n. 70. Dn. Carpz. ad d. c. 9. d. 13. n. 2. 3.

(d) Probat hoc per text. in c. si pater i. in pr. de testam. in 6. facit quòd in dubio non debeamus discordiam inter jus civile & canonicum inducere, nisi ubi expressum reperitur, c. 1. & 2. ubi gl. x. de nov. oper. nunc. Berlich. d. concl. 15. n. 13. Covarr. ad c. Rainut. §. 1. n. 1.

(e) Non vero obliquis vel precariis, ut probat Dn. Carpz. d. tr. p. 3. c. 9. d. 6. Sed quid si testator verbis communibus, putà tribuo, relinquo, perveniat &c. de quibus latissime Berlich. d. concl. 15. n. 29. & seqq. usus fuerit? Et hæc omnia in dubio favore testamentorum, quæ conservari publicè expedit, l. 1. C. de SS. Eccl. pro directis haberi ac heredis institutionem face e putat Dn. Carpz. v. ad d. c. 9. d. 7. quod de jur. Sax. indubium propter Novell. Elect. Aug. 9. p. 3.

12. Neq;

### XII.

Neq; hic cum Sichardo (a) excipimus testamentum patris inter liberos, (b) ad pias causas, (c) aut illud, in quo clausula codicillaris vel *omni meliori modo* (d) adjecta fuit.

(a) *ad d. auth. noviss. C. de inoff. testam. n. 16. 17. & seqq.*

(b) Propter text express: *in Nov. 115. c. 3. post pr. & Nov. 107. c. 1. ubi clare dicitur, quod pater filios heredes instituere vel titulo institutionis aliquid relinquere debeat Dn. Carpzov. d. tr. p. 3. c. 4. d. 11. Berlich. d. concl. 15. n. 20. Covarruv. ad d. c. Rainutius. §. 1. n. n. 2. 3. 4. Vasq. de success. creat. l. 2. §. 20. n. 228. & 281. ubi hanc assertionem etiam in aliis privilegiatis testamentis procedere statuit.*

(c) Per text. *in c. si pater. de testam. in 6. & quia favore piæ causæ non debet derogari juri liberorum, auth. si quæ mulier. C. de SS. Eccles. Berlich. d. concl. 15. n. 24. Dn. Carpz: d. p. 3. c. 9. d. 1. n. 10.*

(d) Per text. *in l. Titia 13. ff. de inoff. test. l. nec fideicom. 56. ff. de leg. 3. & aliis effectus harum clausularum (quæ ut plurimum de stylo & recepta consuetudine Notariorum ex imperitia quadam adjiuntur) se eò extendere nequit, ut testamentum ratione præteritionis nullum confirmet, Berlich. d. concl. 15. n. 57. 58. 59. Dn. Carpz: ad d. c. 9. d. 12. (ubi pro hac opinione in Scabinatu Lipsiensi judicatum refert) Fach. 4. contr. 11.*

### XIII.

Integra autem ut semper relinquatur necessum non est, sed sufficit partem quamcunq; (a) titulo institutionis relinqui, quo casu ad supplementum agendum erit. (b)

(a) Etiam minimam, Sichard. *ad d. auth. noviss. n. 12.* unde Dd. institutionem filii etiam in paucis thaleris sufficere existimant, ex *Jaf. Dn. Carpz. ad d. c. 9. d. l. n. 6. 7.*

(b) *l. omnimodo, 30. pr. l. quoniam, 32. l. scimus, 34. pr. C. de inoff. test. §. Sed hac ita. 3. l. eod. tit. Gomez. 1. resol. 11. n. 23. Donell. 19. com. 4. Wesenb. par. de inoff. test. n. 5. non tantum ab ascendentibus & descendentibus, sed etiam collateralibus, per text. in d. l. 30. pr. C. d. 1. Nov. 1. in prefat. §. 2. quod pluribus probat Vasq. d. §. 20. n. 215.*

Ethoc

Et hoc principaliter inductum est ad tuenda & sustinenda extrema  
elogia, ut defuncti personæ & existimationi parceretur, utq; impu-  
dentia filiorum ob minimum quid, quod deesset, judicia parentum  
evertere nitentium occurreretur. Hillig. d. c. 4. lit. 77. Qua autem a-  
ctione ad supplementum agi possit, non usq; adeo expeditum est.  
Wes. par. ff. de inoff. test. n. 5. & Dd. comm. conditionem ex lege dari  
existimant, alii actionem ex testamento ut Anton. Fab. dec. 14. err. 8.  
nonnulli officium Judicis concedunt quos sequitur Bach. ad Tr. d. d.  
13. th. 12. lit. c. alii familiæ eriscundæ judicium & petitionem here-  
ditatis Treutl. d. th. 12. lit. c. Nobis prior opinio arridet, conditione  
scilicet ex L. omnimodo 30. C. d. inoff. testam. legitimæ supplementum  
petendum esse cum Gail. 2. O. 120. n. 1. & seqq. Schneid. ad § sed hæc  
ita l. de inoff. testam. n. 5. Mejer. in Colleg. Arg. tit. de inoff. testam. n. 48.  
& 57. De hac actione expletoria monendum, eam etiam ad heredes  
transire, arg. l. 22. ff. de adopt. Geil. 2. O. 120. n. fin. & contra heredes  
quoq; intentari. Nov. 115. d. c. 5. pr. non verò contra legatorios. Nov.  
115. d. c. 5. pr. & arg. §. 3. l. de success. libert. l. 10. pr. l. 26. §. 1. ff. de bon. li-  
bert. Valq. d. tr. l. 1 §. 10. n. 391. quanquam legatorios, utpote quorum  
interest, videndum deductionem citandos esse, facile concedi  
potest. Oldendorp. class. 5. act. 3.

#### XIV.

Quo tempore deducenda sit hæc portio hinc quoq;  
tractandum venit, ubi pro regula pono, in legitimæ de-  
ductione spectandum esse tempus mortis, (a) regula-  
riter. (b)

(a) l. 1. §. 27. vers. sed hoc ita demum ff. de collat. Tr. v. 1. d. 13. th. fin.  
lit. a. Viventis enim uti nulla est hereditas, ita neq; legitima ex bonis  
viventis debetur; idem enim jus est partis, quoad partem, quod  
est totius, quoad totum arg. l. 76. ff. de rei vindic. Rittersh. d. p. 6. c.  
4. n. 20. & seqq. Dn. Carpz. ad Const. Elector. d. p. 3. c. 12. d. 10. Hinc fa-  
cile colligitur, quod filii non possint petere sibi à patre vivo legiti-  
mam assignari, neq; eum in vita sua eam solvere teneri, licet pro-  
digus & dilapidator existeret, arg. l. 16. ff. de minor. Treutl. d. th. fin.  
lit. b. Berlich. d. p. 3. concl. 14. n. 28. Quid autem dicendum, de eo casu,  
quo statuto cautum est, ut pater pro delicto filii legitimam solvat?  
neq; tunc patrem teneri concludo, per text. in l. si filius C. de bon.  
proscript.

C

proscript.

proscript. & arg. t. t. C. ne filius pro patr. vel pat. pro fil. cum & alijs ejus-  
modi statutum jure, aut bonâ aliquâ ratione vix defendi possit, Bach. ad Treutl. d. th. fin. lit. a. Illud rectius dicetur, quod pater h. c. pro delicto filii solvit, huic in legitimam imputandum esse. Potest tamen pater, si velit ultrò legitimam filio in vita sua assignare, arg. l. pen. C. de pact. quo casu, auctis postea patris bonis, etiam illa augebitur, ac potest filius supplementum ejus petere, per text. expr. in l. 35. §. 1. & 2. C. de inoff. test. Treutl. d. th. fin. lit. c. ibiq. Bach. Aliud dicendum, si patris bona post ejus mortem essent aucta, tum enim legitima liberis augenda non est, l. cum quaritur, 6. C. de inoff. test. & arg. l. 44. §. 2. ff. de bon. libert. Rittersh. d. c. 4. u. 22. Hartm. Pistor. l. 7. q. 46. n. 13. 14. Berlich. d. concl. 14. n. 42.

(b) Si enim fraus aliqua appareat, filius vel filia aliquando legitimam etiamnum vivo patre petere non prohibetur, cujusmodi casum notat Dn. Carpz. ad d. c. 12. d. d. 10. quando sc. pater Anabaptista est, filia vero orthodoxæ religionis, quo casu cum metendum sit, ne pater Anabaptista omnem suam substantiam in communionem detestabilis Sectæ conferret, filiamq; hoc modo, debitâ portione defraudaret, filiam etiam vivo adhuc patre portionem illam suam ex bonis paternis jure petere, statuit idem. d. d. 10. confer Berlich. d. concl. 14. n. 31. Quid si civiliter mortuus sit pater, ut si monasterium sit ingressus? Hic mortem naturalem expectandam puto, per auth. si qua mulier C. de SS. Eccles. Vasq. de success. resolut. l. 2. §. 12. n. 13. 14.

## XV.

Hic quoq; monendum, legitimam liberis, parentibus & fratribus, (a) pleno jure, (b) & absq; ullo gravamine deberi, (c) & quantitatem ejus neq; per ultimam voluntatem, (d) neq; per actum inter vivos, (e) minui posse.

(a) Per text. in d. l. quoniam. 32. C. de inoff. testam. Berlich. d. p. 3. concl. 14. n. 8.

(b) Tam quoad proprietatem, quàm quoad usum fructum, ut mox dicemus.

(c) l. omnimodo. 29. pr. d. l. quoniam. 32. l. 36. §. 1. C. de inoff. test.

Nov.

Nov. 18. c. 3. Ratio secundum Dd. hæc est, quia legitima legis potius beneficio alicui obvenit, quam beneficio testatoris; quem autem quis non honorat, eum nec gravare poterit, §. 1. l. de sing. reb. per fideic. relict. l. 1. §. 6. ff. delegat. 3. Rittersh. d. c. 4. n. 27. Geil. 2. O. 119. n. 2. ubi hoc etiam in filio arrogato, & quarta uxoris ampliatur, & O. 120. n. 12. Treutl. d. d. 13. th. 12. lit. b. Non potest igitur legitimæ adjici 1. dies, d. l. 30. l. 32. l. 36. §. 1. C. d. t. 2. Conditio quævis tam casualis & mixta, quam potestativa propter generalitatem, d. l. 32. C. d. t. etiam si conditio apposita in favorem filii tendat, per Nov. 117. c. 1. in pr. d. l. 30. C. d. t. & ea, quæ tradit Gomez. l. V. R. 11. n. 27. 3. Locus, p. si legitimam filius jussus esset petere ex loco peregrino & remotissimo. Vasq. de success. creat. l. 1. §. 10. n. 273. 4. Modus, d. l. 32. ibi. modum C. de inoff. testam. 5. Ususfructus, text. expr. in Nov. 18. c. 3. auth. noviss. C. d. t. adeoq; non procedet cautela illa Cœpollæ, qui putat filio herede ex æsse instituto, alteri ususfructum omnium bonorum relinquere posse; defellit enim per express. text. d. Nov. 18. c. 3. & quia revera differretur præstatio legitimæ, quæ non nudam proprietatem, sed plenam & ipsum jus utendi desiderat, merito igitur onus hoc ad quantitatem usq; debitam subducitur, & si eâ plus relictum, tenet tantum in residuo, Hillig. d. c. 4. lit. nn. Dn. Carpz. d. p. 3. c. 12. d. 7. Gomez. l. V. R. 11. n. 26. Treutl. d. d. 13. th. 12. lit. b. ibiq; Bach. 6. Fideicommissum d. l. 32. & expr. text. in l. scimus. 36. §. cum a. 1. C. de inoff. test. Geil. 2. O. 119. Gomez. d. c. 11. n. 26. Hillig. in D. E. lit. m m. Hæc & simili gravamina, si fortè à testatore juris imperito adjecta fuerint, olim quidem querelam inofficiosi pariebant: hodie vero ipso jure tolluntur & pro non adjectis habentur, dd. text. Hillig. d. c. 4. lit. nn. Gomez. d. c. 11. n. 24. Quod verum, si in vivo filio gravamen fuerit appositum; aliud autem dicendum, si filius in gravamen post mortem patris (in vita enim ejus frustra approbat, propter rationem, d. l. 35. §. 2. C. de inoff. testam. nisi jurato arg. c. quamvis, de pact. in 6. Covarr. ad c. Rainaldus x. de testam. n. 3.) specialiter consentiat; tunc enim sibi merito præjudicat Hillig. d. c. 4. lit. nn. Planè solo lapsu temporis gravamen approbatum non censetur, nam cum ipso jure subducatur, nulla impugnatio necessaria est proinde et si relictum onere adjecto filius simpliciter acceptaverit, transmittit tamen ad suos liberum sine onere, etiam si in tota vita sua etiam

ultra 30. annos nullum actum contrarium fecerit, elegant. Hil-  
lig. d. c. 4. lit. nn.

(d) Arg. l. nemo potest. de legat. 1. Hinc legitimam non minu-  
unt legata, quæ, deducto demum ære alieno, pro quo legitima ha-  
ma habetur, debentur l. 16. C. ad L. Falcid. et si ad pias causas sint re-  
licta, cum in legitima magis faveatur filio quàm Ecclesiæ, undè sci-  
tè Baldus: patrem filio legitimam auferre non posse, etiam si Deo  
dare vellet, Geil. 2. O. 119. n. 4. 5. & 7. non fideicommissa particu-  
laria, quæ hodie legatis quoad effectum per omnia exæquata sunt,  
§. 3. l. de legat. non etiam donationes omnium bonorum mortis  
causâ per tradita Dn. Carpz. d. tr. p. 3. c. 1. d. 8.

(e) Putà per dotem inofficiosam, aut donationes immodicas,  
t. t. C. de inoff. dot. & t. t. C. de inoff. donat. quæ si adeò immensæ & im-  
moderatae fuerint, ut parentibus & liberis legitima non sit relicta  
per querelam inofficiosa donationis rescinduntur, & bona aliena-  
ta ratione debitæ portionis revocantur, l. 2. l. 5. l. 7. & 8. C. de inoff.  
donat. Bach. ad Tr. v. 2. d. 19. th. 7. lit. l. Limitat tamen hoc Dn. Carpz.  
d. tr. p. 2. c. 12. d. 35. ut non procedat in donationibus remunerato-  
riis, quippe quibus nihil ferè decrescat patrimonio donatoris re-  
munerationis intuitu, nec legitima verè diminuatur, undè & re-  
vocationem cessare rectè colligit Idem d. l. De contractibus ve-  
rò onerosis similiter dicendum videtur, eos legitimam omninò  
minuere, nec liberos alienata à patre titulo oneroso retractare  
& revocare posse, arg. l. cum à matre, 14. C. de rei vindic. l. 7. C.  
de restit. milit. Dn. Carpz. d. p. 2. c. 12. d. 16. modò hoc casu animus  
fraudandi absit; si enim tales contractus in manifestam fraudem  
liberorum initos fuisse, probari potest, facile concedendum, libe-  
ros per actionem quasi Calvisianam & Favianam alienationem  
fraudentam pro modo legitimæ portionis revocare posse,  
arg. l. fin. ff. si quid. in fraud. patr. Idem d. d. 16. Quæritur hîc,  
an etiam delicto patris legitima minuatur? negamus per l. 7. ff. de  
bon. damnat. excepto tamen crimine læsæ majestatis, quo ad-  
missio & hodie adhuc bonorum publicatio sequitur, nec legitima  
liberis relinquatur, l. quisquis 5. C. ad L. lul. majestat. auth. bona damn.  
C. de bon. damnat: Bach. ad Tr. d. d. 13. th. pen. lit. f. ubi rectè monet,  
hodiè, sublatâ bonorum confiscatione d. auth. quæstionem hanc  
frustraneam esse.

XVI.

De causis, ex quibus legitima amittatur, adhuc pauca annectenda sunt, ubi notand: *suprà th. 4. & 6.* nominatas personas à petitione legitimæ removeri propter exheredationem, (a) præscriptionem, (b) statutum, (c) renunciationem, (d) transactionem, (e) repudiationem, (f) & alias causas. (g)

(a) Modò illa secundum formam *in Nov. 115.* præscriptam fiat, cum expressione scil. causæ i. e. cum elogio ut Dd. loqui amant, & illa causa ab herede sufficienter probetur; nisi enim hæc fiant, testamentum utroq; casu hodie nullum est, ut constat extradit: Ampliff. Dn. Ludw. *in not. Wesenb. tit. de liber. & posth. n. 4. & 5.* Treutl. *d. d. 13. th. 10.* Causæ autem istæ exheredationum olim quidem nullâ certâ lege aut definitione comprehensæ erant, sed totum hoc negotium ex arbitrio centum virorum dependebat. Rittersh. *ad Nov. p. 6. c. 3. n. 3. 4.* quod tamen ab Imp. Justin. *per d. Nov. 115.* mutatum est, & certus quasi earum numerus effectus, ita ut hodie in liberis sint 14. in parentibus septem, in fratribus vero tres, *d. Nov. 115. c. 3. & 4. Nov. 22. c. 47.* Rittersh. *d. c. 3. n. 10. 11.* An autem præter causas *in d. Nov. ab Imp.* expressas etiam similes vel majores admittendæ sint, magnus est Dd. conflictus? affirmativam amplector, *arg. l. non possunt 12. ff. de LL. cum Sichard. ad auth. non licet C. de liber. præter. n. 7. 8.* Bach. *ad Tr. d. d. 13. th. 8. lit. b.* Wesenb. *par. de liber. & posthume. n. 5.* Fachin. *6. controuv. 78.*

(b) Quanto tempore legitimæ & ejus supplemento præscribatur variant Dd. Et Bart. quidem ejusq; asseclæ quinquennium sufficientere putant, sed perperam, ut eleganter demonstrat Hillig. *d. c. 4. lit. yy.* Verius igitur est actioni petendi legitimam vel ejus supplementum non nisi triginta annorum spatio (quo tempore aliàs omnia ferè jura omnesq; actiones tolluntur) præscribi, *per l. 3. ubi Dd. C. de præscr. 30. ann. Geil. 2. O. 120. n. 7. & seqq. Hillig. d. lit. yy.* Wesenb. *par. de inoff. testam. n. 4. ibiq; Dn. Ludw.*

(c) Quod de collateralium legitima verissimum puto eam scùm tota sit ex jure civili, *auth. præterea C. unde vir. & ux. l. fratres 27. C. de inoff. test.* etiam alio jure civili contrario non solum diminui,

sed & in totum tolli posse, §. pen. l. de l. N. G. & C. Rittersh. d. p. 6. c. 4. n. 25. Dn. Carpz. d. tr. p. 3. c. 12. d. 5. n. 9. & seqq. Harpr. ad §. ult. l. de inoff. testam. n. 53. De legitima vero liberorum variè sentiunt Dd. quibusdam & eam statuto rectè tolli affirmantibus, ut videre est apud Geil. 2. O. 122. n. 6. & seqq. à quorum sententia cum Geil. d. O. 122. recedimus putantes, legitimam liberorum statuto vel consuetudine profus tolli non posse, cum liberis jure naturæ debeatur, *l. cum ratio 7. ff. de bon. damnat. l. 7. §. 1. ff. unde lib.* quod jus immutabile existit, §. pen. l. d. t. de l. N. G. & C. Rittersh. d. c. 4. n. 25. Dn. Carpz. d. c. 12. d. 5. Hillig. in D. E. d. c. 4. lit. u. Trentl. d. d. 13. th. 11. lit. a. Unde contrarium statutum adversum legi divinæ, naturali, canonice & civili vocat Geil. d. O. 122. n. 13. Quin tamen quantitas ejus, quæ à jur. civ. inventa & statuta est, l. 8. §. 9. ff. de inoff. testam. Nov. 18. c. 1. contrario jure civili statuto vel consuetudine minui possit, dubium non est, arg. l. 35. ff. de R. l. Geil. d. O. 122. n. 11. Rittersh. Hillig. & Carpzov. dd. loc. Comprobat hoc ipsum Constitut. Elector. Saxon. quam allegat Dn. Carpz. d. d. 5. n. 8. de legitima filiabus è bonis feudilibus noviter emptis debita inter eas, quæ publicè promulgatæ non sunt in ord. 2. rubr. Ob die Töchter auß new erkauften Lehn legitimam zufordern haben / ubi diminuta est legitima ad quadrantem si liberi sint duo vel tres, ad tertiam vero si quatuor sint aut plures. Nec solùm in quantitate, sed etiam in tempore minui legitima potest, videlicet ut ante certum tempus non petatur, Geil. d. Obs. 122. n. 11. hinc putat Dn. Carpz. valere statutum, ut conjunx superstes bonis defuncti universis utatur fruatur ad vitam, nec liberi vivente eà Legitimam petant, d. c. 12. d. 6. De Legitima parentum idem, quod de liberorum dicendum statuo, cum illis non minus ac liberis ex ratione naturali debeatur, ut probatur, per Nov. 1. in prefat. §. 2. & in c. si pater de test. in 6. proinde nec mutationi subjecta esse debeat, quod in foro Sax. nullum dubium habet propter sanctionem expressam Elect. Aug. p. 3. c. 12. ubi Dn. Carpz. d. 1.

(d) Jure Civili quidem ita res habet, ut pacta ejusmodi de non succedendo utpote contra bonos mores improbentur, l. pactum dotali. 3. C. de collat. l. ult. de suis & legit. l. 35. §. 1. C. de inoff. test. ita ut ne juramenti quidem adjectione confirmentur, l. 7. §. 16. ff. de pact. Sed de jure canonico aliud obtinet, per c. quamvis 2. de pact. in 6. eo enim

eo enim jure filiae (non autem filii ad quos d. c. quamvis 2. vix extendi poterit, Mynsing. 6. Obs. 62.) si vivo patre dotem congruam acceperint reliquæ hereditati facta speciali legitimæ mentione cum juramento non vi nec dolo præstito validè renunciare possunt uti expressè constitutum est in d. c. quamvis, 2. de pact. in 6. ubi & rationem assignat Pontifex Rittersh. l. 3. diff. jur. civ. & canon. c. 3. & ad Nov. p. 7. c. 9. n. 3. Et hanc jur. Canon. decisionem in nobilibus & Illustribus familiis hodiè observari solere testatur Idem, d. p. 7. c. 9. n. 3.

(e) text. expr. in l. si quando. 35. §. 2. C. de inoff. testam. modò requisita transactionis adsint, sc. ut timeatur de legitima controversia, l. 2. C. de transact. & ut detur vel retineatur aliquid, l. 38. C. d. t. Consul. Wesenb. par. de transact.

(f) l. 17. §. 1. ff. de inoff. testam. invito enim non datur beneficium, & aliàs quilibet juri in favorem suum introducto renunciare potest, l. pen. C. de pact.

(g) Putà propter non confectum inventarium secundum Dd. quibus tamen cum Geil. 2. Obs. 138. n. 14. Treutl. v. 2. d. 12. th. 9. lit. a. Fach. 4. controuv. 34. calculum meum hîc non addo. Plures ejusmodi modos, quibus legitima amittatur, notant Dd. passim, quos tamen brevitatis gratia omitto.

*Tantum!*

SOLI DEO GLORIA.

---

## COROLLARIA.

I.

*An in emptorem hereditatis transeat quoq; jus accrescendi, maximè dubito.*

II.

*Ex hereditate in deductione legitima partem non facere, verius est.*

Eximio



Eximio

*Præstantissimo ac Literatissimo*

DN. CANDIDATO

pro summis in Jure honoribus consequendis disputaturo.

Quo magis ingenti censenda est ardua monte,  
Raraq; virtutis deterret semita multos  
Quos terræ affixos humili mens usq; labori  
Mancipat & cœlo nunquam finit esse propinquos  
Pulchrior hoc duris prognata est gloria rebus.  
Herculeos, duri nam sunt, numerare sudores  
Quis nescit? magnum Annibalem quia vicit, in ore est  
Scipio adhuc: Thetidis natum super astra locari  
Cernimus, haud parvum fuerat namq; Hectora vinci.  
Scilicet ut ventis laxavit fræna superbis  
Æolus & vasti volvuntur ad æthera fluctus  
Noscitur insigni si quis virtute gubernans  
Et navem & nautas superat, ventosq; furentes.  
Hostis ubi Themidos dirus Mars perfurit orbem,  
Fundamenta locat seclis metuenda futuris  
Barbaries, spretis adversis tendere ad artes  
Haud minor est virtus sanctumq; Heliconâ tenere  
Est licitum paucis quos mens diviniior olim,  
Ad patriæ clavum insignes virtute locabit,

*Manum teq; sic gratulatur*

GEORG-WILHELMUS Schardt.

FINIS.

Altdorf, Diss., 1637-55

f

ULB Halle 3  
004 327 330




Sb.

1017







DISPUTATIO INAUGURALIS *De 5*  
De  
**LEGITIMA,**

*Quam*

PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.

Ex Autoritate & Decreto Nobilissimi, Amplissimi, atq; Consulcissimi Jctorum Ordinis in  
Inclyta UNIVERSITATE ALTDORPHINA.

*Pro Summis in UTROQ; JURE Honoribus  
& Privilegiis DOCTORALIBUS ritè & soleniter consequendis.*

Publico examini submittit

**JOH.-GEORGIUS NICOLAI  
DRESDA-MISNICUS.**

*A. diem Januar.*

RECTORE Magnifico

DN. NICOLAO RITTERSHUSIO Jcto. &c.

DECAÑO Spectatissimo

DN. ÆGIDIO AGRICOLA, Jcto. &c.

ALTDORPHI,

Typis BALTHASARIS SCHERFFI,  
Universitatis Typographi.

ANNO CHRISTI

M. DC. XLII.

1642

131

